

recepimus supra dictis. Ne vero ea quae liberaliter agimus ab iniquis et dolosis per-
versoribus iustitiae, quorum proprium est nocere, processu temporis mutationem vel
calumpniam patiantur, praesentem literam de iussu et voluntate nostra confectam
scribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari, cum annotatione testium subscripto-
rum, illustri domino Hermannno comite de Orlamunde, nobili viro domino O. de Arns-
hoge, domino Geuehardo de Quernvorde, Th. de Otolfsd., Conrado de Luppe, Th.
de Cygerowe et magistro curiae nec non aliis quampluribus fide dignis. Datum
Groyts anno domini M° CC° LXXIII°.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig. Das an einem Pergamentstreifen befestigt gewesene Reiter-
siegel ist abgefallen, in Bruchstücken aber noch vorhanden

Vogel Leipz. Annales S. 31. — v. Posern-Klett Sachsens Münzen im Mittelalter. I. S. 346.

No. 9. 1277. 25. Juli.

*Markgraf Dietrich von Landsberg cignet dem Kloster Altzelle ein Alod in Wynleybin, quod nos
militi nostro Theoderico dicto de Hunsberg contuleramus habendum a nobis iure feodali post
decessionem dominae Gerdrudis relictæ Arnoldi de Burnis quondam civis nostri in Lipzk, quae
dictum allodium possidebit tantum temporibus vitae suae, praefato milite nostro Theoderico
renuntiante omni iuri —, in restaurum proprietatis allodii ipsorum siti ante valvam sancti Petri
civitatis nostrae Lipzk et duarum marcarum de ipso allodio annis singulis ipsis provenientium.*

Datum in civitate nostra Lipzk — VIII° Kalendas Augusti.

Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden. Das Siegel ist abhanden gekommen.

Beyer d. Cisterc. Stift u. Kloster Alt-Zelle S. 557.

No. 10. 1278. 27. Aug.

*Probst und Capitel des Thomasklosters eignen den Sondersiechen (im Johannishospital) vier Mor-
gen Landes vor dem Grimmaischen Thore, welche Walter der Krämer (institor) von ihnen durch
Kauf erworben und jenen weiter verkauft hat.*

Nos Petrus dei gratia praepositus, Johannes prior totumque capitulum beati
Thomae apostoli in Lipzk recognoscimus et praesentibus profiteamur, quod dominus
Walterus institor civis in Lipzk emit a nobis duos mansos sitos in villa quae voca-
tur Rudeniz^{a)} in hereditariam possessionem sibi et filiis ac posteris suis, de quibus
dabunt in censu unam marcam argenti nostrae ecclesiae annuatim, sed quia prae-
dictorum duorum mansorum iugera dispersa erant in diversis locis, quatuor ex eis
iugera, quae sita erant prae foribus civitatis ante valvam Grimmensem, idem Wal.
vendidit leprosis citra residentibus pro quinque marcis argenti, quibus venditis veniens
ad nos cum uxore sua nomine filiorum suorum ea nobis libere resignavit. Quo facto
quidam nostrorum burgensium petiverunt a nobis humiliter et devote et cum maxima
instantia, ut praedictis leprosis daremus proprietatem IIII^{or} iugerum eorundem et in
signum huius donationis tres marcas argenti nostrae ecclesiae tradiderunt. Nos ita-
que permoti precibus ipsorum multimodis et diutinis de consensu totius capituli nostri

a) Reudnitz, Par. Schönefeld.